

## APULEIO

**1 Bruto minaccia Marsiglia**

Eodem Brutus contendit aucto navium numero. Nam ad eas quae factae erant Arelate per Caesarem captivae Massiliensium accesserant sex. Has superioribus diebus refecerat atque omnibus rebus instruxerat. Itaque suos cohortatus quos integros superarissent ut victos contemnerent plenus spei bonae atque animi adversus eos proficiscitur. Facile erat ex castris C. Trebonii atque omnibus superioribus locis prospicere in urbem ut omnis iuventus quae in oppido remanserat omnesque superioris aetatis cum liberis atque uxoribus ex publicis locis custodiisque aut e muro ad caelum manus tenderent aut templa deorum immortalium adirent et ante simulacra proiecti victoriam ab diis exposcerent. Neque erat quisquam omnium quin in eius diei casu suarum omnium fortunarum eventum consistere existimaret. Nam et honesti ex iuventute et cuiusque aetatis amplissimi nominatim evocati atque obsecrati naves conscenderant ut si quid adversi accidisset ne ad conandum quidem sibi quicquam reliqui fore viderent; si superavissent vel domesticis opibus vel externis auxiliis de salute urbis confiderent.

**2 Il discorso di Critognato durante l'assedio di Alesia**

At ii qui Alesiae obsidebantur, praeterita die qua auxilia suorum expectaverant, consumpto omni frumento, inscii quid in Haeduis gereretur, concilio convocato, de exitu suarum fortunarum consultabant. Ac variis dictis sententiis, quarum pars deditioem, pars, dum vires suppeterent, eruptionem censebat, non praetereunda oratio Critognati videtur propter eius singularem et nefariam crudelitatem. Hic summo in Arvernibus ortus loco et magnae habitus auctoritatis: "Nihil", inquit, "de eorum sententia dicturus sum, qui turpissimam servitutem deditioem nomine appellant, neque hos habendos civium loco neque ad concilium adhibendos censeo. Cum his mihi res sit, qui eruptionem probant; quorum in consilio omnium vestrum consensu pristinae residere virtutis memoria videtur. Animi est ista mollitia, non virtus, paulisper inopiam ferre non posse. Qui se ultro morti offerant, facilius reperiantur, quam qui dolorem patienter ferant. Atque ego hanc sententiam probarem (tantum apud me dignitas potest), si nullam praeterquam vitae nostrae iacturam fieri viderem: sed in consilio capiendo omnem Galliam respiciamus, quam ad nostrum auxilium concitavimus.

**3 Cesare svela ai soldati le ingiustizie degli oligarchi contro di lui**

Quibus rebus cognitis Caesar apud milites contionatur. Omnium temporum iniurias inimicorum in se commemorat; a quibus deductum ac depravatum Pompeium queritur invidia atque obtreptione laudis suae, cuius ipse honori et dignitati semper faverit adiutorque fuerit. Novum in re publica introductum exemplum queritur, ut tribunicia intercessio armis notaretur atque opprimeretur, quae superioribus annis armis esset restituta. Sullam nudata omnibus rebus tribunicia potestate tamen intercessionem liberam reliquisse. Pompeium, qui amissa restituisset videretur, dona etiam, quae ante habuerint, ademisse. Quotiescumque sit decretum, darent operam magistratus, ne quid res publica detrimenti caperet (qua voce et quo senatus consulto populus Romanus ad arma sit vocatus), factum in perniciosis legibus, in vi tribunicia, in secessione populi templis locisque editioribus occupatis: atque haec superioris aetatis exempla expiata Saturnini atque Gracchorum casibus docet; quarum rerum illo tempore nihil factum, ne cogitatum quidem. nulla lex promulgata, non cum populo agi coeptum, nulla secessio facta. Hortatur, cuius imperatoris ductu v VIII annis rem publicam felicissime gesserint plurimaque proelia secunda fecerint, omnem Galliam Germaniamque pacaverint, ut eius existimationem dignitatemque ab inimicis defendant. Conclamant legionis XIII, quae aderat, milites hanc enim initio tumultus evocaverat, reliquae nondum convenerant: sese paratos esse imperatoris sui tribunorumque plebis iniurias defendere.

## Da Verbatim... al Web

### Esercizi aggiuntivi

#### TESTO DI RIFERIMENTO - VERSIONE 3 Una metamorfosi improvvisa – pagina 429

### 1 LABORATORI O MORFO-SINTATTICO

Apuleio fa molto uso delle forme participiali che accelerano il ritmo della narrazione. Completa lo schema seguente:

	Tempo	Caso, genere, numero	Funzione logica
<i>adseverans</i>			<i>Part. congiunto al sogg.</i>
<i>amplexus</i>			
<i>deosculatus</i>			
<i>deprecatus</i>			
<i>abiectis</i>			<i>Pred. verb. abl. ass.</i>
<i>haurito</i>			
<i>libratis</i>			
<i>hiantes</i>			<i>Attributo del sogg.</i>
<i>nequeunti</i>			

- Procedi all'analisi del secondo periodo. Dovrai individuare: due principali tra loro coordinate; tre participi congiunti, due ablativi assoluti, una complementare diretta. Disegna lo schema per definire i gradi di subordinazione.

### 2 LABORATORIO LESSICALE

**Cubiculum, i** è la *stanza da letto*. Il verbo costitutivo è **cubo, as, cubui, cubitum, are** che significa *essere disteso, dormire*. Dalla stessa radice verbale derivano tante parole italiane dai legami insospettati: il letterario *covile* di leopardiana memoria del *Canto notturno di un pastore errante dell'Asia* (forse in qual forma, in quale / stato che sia, dentro *covile* o *cuna*, / è funesto a chi nasce il dì natale), ma anche la tecnica *incubatrice*, l'inquietante *incubazione* e l'affettuosa *covata*. Anche il linguaggio psicologico attinge al verbo **cubo** con l'elaborazione del concetto di *succube, chi sta sotto* a qualcuno che, in termini tecnici, si definisce *incube*. Anche quando sogniamo, a volte a occhi aperti, cose che ci opprimono, distese sopra di noi, abbiamo un *incubo*. Nel linguaggio giuridico, infine, la *concupina* è una donna che vive con un uomo *more uxorio*, come fosse moglie condividendo lo stesso letto. La stessa parola nella poesia di Dante indica la sposa fanciulla del vecchio Titone, l'Aurora, nel bellissimo e complesso incipit del IX canto del Purgatorio, in attesa del primo sogno del viaggiatore ultraterreno.

Individua nel brano un'altra parola su cui compiere una ricerca analoga. Potrebbe essere **digitus, i**.